



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 21. S. Ambrosii obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

Sæculum IV.

A. C. 397.

§. XXI.

S. Ambrosii obitus.

Postquam S. Ambrosius novum Ticini Episcopum ordinasset, morbo premi cœpit, diuque lecto affixus est. Tunc vero Comes Stilico dixisse legitur, tanti viri fatum Italiæ ruinam post se tractu-
Paul. vit. rum. Quamobrem viros Mediolani spe-
 6. 45. ctatissimos, quos apud S. Episcopum gratia valere sciebat, ad se vocatos, adhibitis precibus, minisque, cogit, ægro- tantem adire, & summo conatu instare, ut a Deo longiorem vitam peteret. Ipsis igitur lectum decumbentis circumfusus, & cum fletu hanc gratiam poscentibus, respondet: *non equidem talem inter vos vitam duxi, ut diutius vivere pudeat; at mori non timeo, quia bonum habemus Do-*
 11. 46. *minum.* In ambulacro jacebat, in cujus extrema parte quatuor Diaconi, Castus, Polemius, Venerius, & Felix colloquen- tes, in eam quæstionem inciderant, quis S. Ambrosio dignus in Episcopatu succes- surus esset? tam submisce autem loque- bantur, ut vix alter alterius vocem per- ciperet; cum Simplicianum nominas- sent, S. Ambrosius quamvis longius di- stans, eorum electionem approbavit, & quasi colloquentibus adfuisset, ter exclamavit: *Senex est, & bonus est!* hac vo- ce perterriti, auffugerunt. Quod dixe- rant,

rant, evenit, S. Ambrosio successit Simplicianus, & Simpliciano Venerius. In eodem loco decumbens Ambrosius, oransque, Jesum Christum, ridenti vultu ad se venientem, vidit. Hanc visionem Bassiano Episcopo Laudano, tunc secum oranti, aperuit; atque ex eo se audivisse, Paulinus fatetur. Haud multis post hæc diebus S. Ambrosius obiit. Ab hora diei undecima, id est, a quinta vespertina usque ad horam, quæ expiravit, nempe paulo post mediam noctem in oratione perseveravit; manibus in formam crucis extensis, orabat, labia movens; quid autem diceret, audiri non poterat. Cum Honoratus Episcopus Vercellensis cubitum concessisset in superiori illius Domus contignatione, ut aliquantum quiesceret, ter vocem audivit, quæ se vocaret, & diceret: *surge cito! nunc abiturus est!* Honoratus descendit, corpus Domini nostri morituro dedit, quod postquam accepit, & sumpsit, Spiritum emisit, illa nocte, qua Sabbatum Sanctum initur, quarta Aprilis anno 397. seu pridie nonas Aprilis, Cæsario, & Attico Consulibus. (*) S. Ambrosius in Episcopatu annos viginti duos,

Sæculum IV.
A. C. 397.

n. 47.

Mart. Rom.
Pagi. an.
397. n. 6

(*) Ex hoc facto Protestantes dispicere possunt, quam antiqua sit Ecclesiæ consuetudo, ut S. Eucharistia, post officium Divinum asservata, ad ægrotos deferatur.

Sæculum IV. duos, & menses quatuor emensus fuerat,
A. C. 397. saltem 57. annorum homo.

- #.48. Eadem hora, & antequam illucesce-
 ret, corpus in maiorem Ecclesiam dela-
 tum est, ibique sequente nocte, quæ erat
 vigilia Paschæ, remansit. Multi infan-
 tes, illa nocte baptizati, cum e fonte egre-
 derentur, Ambrosium viderunt; aliqui
 eum in Cathedra sua in Ecclesiæ sugge-
 stu sedere dicebant, alii dicebant, vide-
 re se ambulantiem, & digito Parentibus
 suis monstrabant, qui eum tamen non vi-
 debant. Multi dixere, stellam supra cor-
 pus ejus a se conspectam. In die Paschæ,
 ubi illuxit, celebratis Sanctis Mysteriis,
 sublatum est Corpus, in Basilicam Ambro-
 sianam delatum, & sepultum. Tunc mul-
 tudo Dæmonum, quanta rabie ageretur,
 horrendis clamoribus testabatur; similes
 ejulatus ad Divi honorem in diversis Pro-
 vinciiis, & pluribus annis auditi. Popu-
 lus sudariola Corpori injiciebat, ut ejus
 attactu sacrarentur; nam innumerabilis
 multitudo omnis status, sexus, & ætatis,
 non solum Christiani, sed & Judæi, &
 Gentiles Ambrosii exequias celebres red-
 didere. Neo-Baptizati super omnes alios
 splendebant, & stabant proximi. Eadem,
 qua vir Sanctus obiit, die in Oriente qui-
 busdam viris Sanctis apparuit, orans cum
 eis, & manus imponens; hoc contigisse,
 post aliquod tempus Mediolani comper-
 tum

#.49.

tum est ex epistola, ipsius obitus die data, & ad ipsum, tanquam si viveret, directa; hæc Simpliciano, Successori ejus reddita, & sollicite asservata. S. Ambrosius Florentiæ quoque visus est, juxta promissum illis factum, qui eum rogabant, ut sæpe ad eos inviseret. Sæpe ante Basilicæ Ambrosianæ Altare, quod ipse extruxerat, orare conspectus. Hoc factum Paulinus in vita S. Ambrosii refert, S. Zenonis Episcopi Florentini testimonio fretus; scripsit vero hujus Sancti viri vitam aliquot post ejus obitum annis, S. Augustini precibus motus; pleraque suis oculis viderat, alia a S. Marcellina Ambrosii Sorore, pluribusque fide dignis testibus didicerat.

Sæculum IV.
A. C. 397.

n. 50.

n. I. 56.

§. XXI.

Martyres Anagninenses.

Sanctus Simplicianus initio Episcopatus sui epistolam a S. Vigilio, Episcopo Tridentino, ad se datam accepit, qua Martyrium trium Clericorum, Sisinnii Diaconi, Martyrii Lectoris, & Alexandri Ostiarii, a barbaris vicinorum montium incolis occisorum, referebatur. Sisinnius exapud Ruin. Græcia venerat, natus in Cappadocia (*) *Acta Mart. Sinc. p. 648. p. 690.* nobili genere, jamque ætate gravis. Ipse primus his Barbaris Evangelium prædicavit,

(*) Forte legendum, ex Asia venerat.